

†  
JHS

# BOLETIN OFICIAL

DEL

## OBISPADO DE MENORCA

EPOCA IV

30 JULIO 1942

NÚMERO 12

### DECRETA DIOECESANA MINORICENSIA

#### 20.—De examine triennali.

Exeunte anno, diebus opportune praesignandis, celebrabitur triennale sacerdotum examen in Seminario, ad normam canonis 130 et in forma statuta dioecesano decreto núm. 13 (Bol. Ofic. 24 Dec. 1940, pág. 127).

Illud subire tenentur quicumque praefato decreto advocantur. Fiet examen super tractatibus dogmaticis: de vera Religione, de Ecclesia Christi, de Deo uno; moralibus: de actibus humanis, de conscientia, de legibus, de praeceptis Decalogi et Ecclesiae; liturgicis: de Misa privata et de «Requiem», de legibus ac ritibus in distributione, expositione et asservatione SSmae. Eucharistiae; Sacrae Scripturae exercitatio erit circa evangelia Dominicarum Adventus.

Praeterea, illa certe ab unoquoque requirentur quae pertinent ad materiam, formam, validitatem Sacramentorum, etiam cum experimento clarae et distinctae prolationis verborum, atque cum exsequutione caeremoniarum.

#### 21.—De asservatione clavis Sacrarii.

Quod canone 1269 praescribitur de diligentissima asservatione clavis Sacrarii, novissime a S. Congregatione Sacramentorum, severiori adhuc admonitione, in mentem rectorum ecclesiarum revocatum est; docuit enim experientia recens quanta cum audacia et malignitate perpetrantur sacrilega furta ad profanationem Sanctissimae Eucharistiae.



Curam sacerdotum nostrorum probe novimus; at quoniam in plerisque nostrarum ecclesiarum Sanctissimæ Eucharistiae capella ad latus, pro majori quiete et reverentia, sita est, praescribimus ut numquam prorsus, nec tempore divinorum officiorum, maneat clavis super altare, sed deferatur in sacristiam post singulos actus distributionis SSmi. Sacramenti, etsi praevideatur alia mox secutura Communio.

Epistolam ejusdem S. Congregationis subnectimus, quae, una cum praesenti dioecesano decreto, legetur in proximiori collatione morali.

Civitellae, 30 Julii 1942.

† BARTHOLOMAEUS, Episcopus Minoricensis.

### S. CONGREGATIO DE SACRAMENTIS

Romae, die 16 aprilis 1942

Revme. ac Excme. Domine,

Excellentiae Tuae Revmae. litteras diei 14 julii 1941, quae de furto sacrilego in ecclesia S. Nicolai civitatis v. «Murcia», istius dioecesis, perpetrato tractant, haec S. Congregatio diligenti examine subiecit. Agitur sane de casu maxime lugendo, de casu scilicet furti sacrilegi qualificati, id est perpetrati non tantum cum profanatione gravissima SSmae. Eucharistiae sed, quod adhuc magis est deplorandum, cum intentione explicita, ut videtur, Sanctissimi formaliter et directe profanandi.

Mane diei 29 martii 1941 homo nequam, hucusque ignotus, postquam ad S. Synaxim cum aliis fideiibus accesserit, dum ceteri fideles et ipse parochus recedunt, altare adivit, clavi in mensa altaris inventa, aperuit tabernaculum, abstulit ciborium cum 400 speciebus sacris, in tabernaculo relinquens alterum ciborium vacuum. SS. Specierum nullum postea inventum est vestigium.

Nemini imputanda videtur culpa saltem formalis negligentiae. Animadvertendum tamen nonnisi imprudentissime clavem tabernaculi inter unam et aliam S. Communionis distributionem super mensa altaris relictam esse.



Ut in posterum tristissima similia pro viribus humanis praecaveantur, Excellentia Tua Revma. omnes ad quos spectat, in primis parochum de quo in casu, gravissimis verbis monere velit de necessitate et obligatione stricte servandi praeccepta canonica de sedula SSmae. Eucharistiae custodia, imprimis Instructionem huius S. Congregationis die 26 maii 1938 et novam eiusdem Congregationis hortationem diei 10 februarii 1941.

Diligentissime asservetur clavis tabernaculi nec prorsus umquam relinquatur super altaris mensa extra divinorum officiorum horas.

Quae dum renuntio, omni, quo par est, obsequio permaneo.  
Excellentiae Tuae Revmae, in Domino addictissimus —  
D. CARD. JORIO, PRAEF.

Rvmo. ac Excmo. Domino Dno. Michaeli de los Santos Diaz y Gomara, Episcopo Carthaginen. in Hispania.

Murciae die 7 maji 1942

Eminentissime ac Reverendissime Domine:

Acceptis Litteris Istius Sacrae Congregationis, die 16 aprilis, sub num. 3645-41 mihi datis, liceat mihi totius mei grati animi sensum Eminentiae Vestrae Reverendissimae aperire, ob solutionem in lugendo casu furti sacrilegi in ecclesia Sancti Nicolai hujus civitatis perpetrati datam.

Nemini certe imputanda videtur culpa illius facti: attamen ansam mihi praebuit urgendi sedulam Sacrae Eucharistiae custodiam, prout feci Instructionem Istius Sacrae Congregationis, diei 26 maji 1938, et novam Ipsius Sacrae Congregationis Hortationem die 10 februarii 1941, in diocesana ephemeride divulgando earumque observationem iterum iterumque jubendo.

Nunc noviter ipsa urgebo, et praecipue quod optime in fine Rescripti Ista Sacra Congregatio jubet, de diligentissime clavi Tabernaculi asservanda.

Quae dum Eminentiae Vestrae Reverendissimae communico, omni qua par est reverentia me subscribo.



Eminentiae Vestrae Reverendissimae humillimus et obsequentissimus — Michael Ep. Carthaginen., in Hispania.

Emmo. ac Rvmo. Dno. Domino Cardinali Praefecto Sacrae Congregationis de Sacramentis.—Roma.

---

## COLLATIONES MORALES

Casus conscientiae in proximiori tractandus.

Romanus, vir satis improbae conscientiae, cum ad sacramentum poenitentiae accessisset fatetur se infandum Onae crimen persaepe sine ullo scrupulo patrasse. Graviter a confessario objurgatus eidem reponit se ita agere, sive ob timorem ne in tanta qua premitur angustia familiari prole numerosiore plus aequo oneretur, sive potissimum ob uxorem quae, infirmae fere semper valetudinis, frequenti graviditate nimis defatigari solet. Confessarius, his auditis, vehementer simul ac paterne adhortatur ut Romanus a tali agendi ratione sub gravi desistat, quibus tamen mandatis cum ille acquiescere omnino nolit, tamquam indispositus, a confessario inabsolutus dimittitur.

*Quaer.:*

An unquam onanismus a mortali excusari possit?

Quomodo uxor se gerere debeat sive in petendo sive in reddendo viro onanistae?

An et quomodo interrogandi sint conjuges de hoc peccato et quid de sententia eorum qui tenent nunquam conjuges esse de hac re interrogandos?

An recte se gesserit noster confessarius Romanum inabsolutum dimittendo?

---



## CRONICA DIOCESANA

MES DE MAYO DE 1942

Día 10.—Coincidiendo con el principio de las Cuarenta Horas de la Ascensión en Monte-Toro, celebróse en el venerando Santuario una concentración de los Jóvenes de Acción Católica de toda la Isla. A pesar de las dificultades de transporte, congregáronse cerca de 200, entre ellos 106 de Mahón, con su estandarte; 48 de Ciudadela; 20 de Mercadal, y menores representaciones de Alayor, S. Clemente, S. Luis y Villa-Carlos. Hubo Misa solemne con sermón por el Rdo. D. Jaime Gener, Ecónomo de S. Francisco de Ciudadela; a continuación se expuso S. D. M. A las 12'30 llegó el Rdm. Prelado, que pronunció una plática exhortando a los Jóvenes de A. C. a la más completa unión entre sí y la Jerarquía; recomendó la vida sobrenatural, la espiritualidad verdadera y auténtica de la que ha de ser foco Monte-Toro por la obra de los Ejercicios que en él ha de restaurarse, e invitó al más asiduo estudio de los documentos pontificios. Después de las prescritas preces por el Papa, S. E. Rdma. tuvo otra alocución a los Jóvenes en la adjunta Casa de Ejercicios, y dió luego directrices a los Rdos. Consiliarios y al Presidente de la Junta Diocesana. Por la tarde, después del ejercicio solemne del Mes de María, los Jóvenes de A. C. emprendieron el descenso, y en Mercadal celebraron un acto de afirmación de sus ideales, en que tomaron la palabra D. Fernando Carreras, Presidente de la Juventud de A. C. de Mahón; D. Miguel Hernández, Vocal de Propaganda de la misma; D. Juan Faner, Presidente de la Junta Diocesana, y el Rdo. D. Miguel Petrus, Consiliario de los Jóvenes de Mahón.

En los días siguientes continuaron afluyendo peregrinos de los diversos pueblos de la Isla para adorar al Smo. Sacramento y venerar a la Patrona de Menorca. El viernes día 15, cuando se encontraban reunidos en el Santuario 150 feligreses de Fornells, con su Rdo. Ecónomo, subió el Excmo. Sr. Obis-



po, quién pronunció dos pláticas, ofició en la reserva y bendijo según el Ritual a las madres que asistían con sus hijitos.

—El domingo 17 la peregrinación de Mahón cerró dignamente los solemnes cultos celebrados durante toda la semana. Cantó la Misa solemne el M. I. Sr. Arcipreste de Mahón, y predicó el M. I. Sr. Canónigo Salord. Al final de la Misa se expuso el Smo. Sacramento y se organizó una procesión por el exterior del Santuario, haciendo parada junto al monumento de los muertos en Africa.

Día 15.—En la Parroquia de San Martín de Mercadal celebróse solemnemente la fiesta de San Isidro, Labrador. El Rdm. Prelado dijo Misa de Comunión, muy concurrida, y pronunció una plática. Asistió a la Misa solemne, en la que predicó el M. I. Sr. Lectoral y ofició revestido de pontifical en la procesión que recorrió toda la villa, portándose la imagen del Santo. En la Casa Parroquial cumplieron luego a Su E. Rdma. las Autoridades locales, una representación de payeses, la Juventud femenina de A. C., y los niños Reparadores y de la Catequesis.

Día 17.—El Excmo. Sr. Obispo celebró Misa de Primeras Comuniones con plática en la Capilla del Colegio de la Consolación, en Ciudadela.

Día 24.—Pentecostés.—El Rdm. Prelado rezó Misa de Comunión en el Santuario de María Auxiliadora, en Ciudadela. También asistió a la Misa solemne en la Catedral.

En la Parroquia de Ntra. Sra. del Rosario de Villa-Carlos se celebraron con la acostumbrada solemnidad las Cuarenta Horas de Pentecostés. En la Misa solemne del día de la fiesta predicó el Rdo. D. Miguel Petrus. Al final de las Cuarenta Horas asistieron las Autoridades locales, doce Rdos. Sacerdotes y numerosa concurrencia.

Día 25.—El triduo eucarístico de Pentecostés celebrado en la Catedral terminó con solemne Hora Santa a la que asistió el Rdm. Prelado, con sermón del M. I. Sr. Lectoral y reserva pontifical.

Día 31.—En la Catedral el Excmo. Sr. Obispo celebró Mi-



sa de Primeras Comuniones.—Por la tarde tuvo lugar en Ciudadela la procesión de María Auxiliadora, que presidió el Prelado y resultó sumamente concurrida.

En Mahón solemnizóse el final del Mes de María con una gran procesión de niños de las Catequesis, Juventudes de A. C. y fieles en general, que acudieron a la ermita de Ntra. Sra. de Gracia. La venerada imagen fué colocada al exterior, y se hizo el ejercicio del mes de mayo. Pronunció una alocución el M. I. Sr. Arcipreste de Mahón.

#### MES DE JUNIO DE 1942

Día 4.—Festividad del Smo. Corpus Christi.—Celebróse en todos los pueblos de la Diócesis, con gran esplendor, nutridas comuniones y procesiones muy concurridas. En la Catedral el Excmo. Sr. Obispo ofició Misa Pontifical, estando expuesto el Smo. Sacramento. Predicó el M. I. Sr. Lectoral. El pueblo tomó parte activa en el canto de Tercia y de la Misa; al ofertorio la Schola interpretó el salmo «Dixit Dominus», polifónico, repitiendo los fieles a cada versículo el «Juravit Dominus...», gregoriano. Por la tarde tuvo lugar la procesión, que resultó brillantísima. El Señor fué llevado en la Custodia gótica, a hombros de cuatro sacerdotes. Presidió el Rdm. Prelado y asistieron todas las Autoridades locales, las asociaciones piadosas y colegios. Siguióse el acostumbrado itinerario, con parada ante los altares dispuestos en la calle del Santísimo, patio del derruido Convento de Santa Clara y fachada de Casa Squella.

En Mahón celebróse Misa Mayor solemne, en la que ofició el M. Iltre. Sr. Arcipreste. Asistieron todas las Autoridades y corporaciones oficiales presididas por el Excmo. Sr. General Gobernador Militar. A las seis y media celebróse la anunciada y preceptuada procesión por un gran número de calles de la ciudad, oficiando el mismo Sr. Arcipreste y asistió en su totalidad el Rdo. Clero parroquial y castrense con las tres cruces parroquiales. Cuatro sacerdotes llevaron en andas al Santísimo. Se rindieron los honores de ordenanza y durante el trayecto se cantaron diversos himnos eucarísticos.



Día 12.—Fiesta del Sagrado Corazón de Jesús.—En la Catedral el Excmo. Sr. Obispo celebró Misa de Comunión, asistió de medio pontifical a la Misa solemne en la que predicó el M. I. Sr. Lectoral, y llevó la Sca. Custodia en la concurrida procesión de la tarde, que hizo parada en la Capilla del Colegio de la Enseñanza y en los altares preparados en Casa Squella y plaza del Generalísimo, en la que resultó particularmente emocionante el canto de la antigua jaculatoria menorquina por el Papa «Dulcissim Cor de Jesús...», muchas veces repetido por el pueblo en masa.

En Mahón, después de un triduo preparatorio con sermones, en el día de la fiesta hubo comuniones generales en todas las parroquias de la ciudad y Misa solemne en la de Sta. María, predicando el Rdo. Sr. Cots. Por la tarde, procesión con asistencia de las escuelas con sus respectivos maestros, de las varias asociaciones piadosas y Acción Católica. Concurrieron el Ilmo. Sr. Coronel Jefe de Infantería llevando la representación del Excmo. Sr. General Gobernador y también las demás Autoridadés.

En las distintas Parroquias de la Diócesis celebróse la fiesta con triduo o novenario de preparación, numerosas comuniones, actos eucarísticos con rezo del acto de desagravio y de las Letanías del Sdo. Corazón y procesiones con asistencia de las Autoridades y Cuerpos armados residentes en la localidad.

---

SUMARIO: Decretos diocesanos: sobre el examen trienal de los sacerdotes; sobre diligente custodia de la llave del Sagrario.—S. Congregación de Sacramentos: Carta recordando y urgiendo la mayor custodia de los Sagrarios.—Tema para la próxima conferencia de Casos Morales.—Crónica de la Diócesis.